



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 129. Regni Proceres contra Britanniaë Ducem a Rege Turonium
convocati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. tes pertrahere conantur, eidemque spem
A.C. 1464. faciunt, fore, ut hoc pacto amplio-
 hæreditatis portionem a Rege obtineret,
 simulque sibi majorem nominis sui au-
 thoritatem conciliaret.

§. CXXIX.

*Regni Proceres contra Britannia
 Ducem a Rege Turonium con-
 vocati.*

Nihilominus Rex, ut Britannia Ducis
 potentiam frangeret, Turonium Pro-
 ceres Regni sui convocabat, eisque indi-
 gnationis suæ causas exponens affere-
 bat: Britannus sibi plura arrogat jura,
 quæ nullo pacto ei debentur, supremæ
 vero Majestati exitiosa sunt; quare mei
 muneris esse arbitror, ut ejusmodi ausi-
 bus frænum injiciam, & Ducem ad de-
 bitum obsequium reducam. Ad hæc
 Carolus Aureliæ Dux primus regiae stir-
 pis Princeps, cum regni calamitatibus
 vehementer commoveretur, in hoc con-
 fessu hac super re sermonem habere insti-
 tuit, eo fine, ut Regem, regni que Proce-
 res induceret, quatenus hisce malis op-
 portuno remedio obviarent. Enimvero
 ut audiretur, ejus ætati, existimationi
 publicæ, ac dignitati Regiæ dari debuis-
 set, nihilominus sinistre intellectis illius mo-
 nitus, Rex Principis libertate offensus erat,
 &

& quo manifestius Aurelianensis veritatem Sæcul. XV.
 propalabat, eo acrius Rex iram, suam- A. C. 1465.
 que indignationem prodidit. Dux indi-
 gnam hanc agendi rationem tam iniquo
 tulit animo, ut morbo correptus paucis
 post diebus quarta Januarii die Anno Salu-
 tis millesimo quadringentesimo sexagesi-
 mo quinto animam exhalaret.

§. CXXX.

*Rex Gallicæ Sfortiam velut Mediola-
 nensem Ducem agnoscit, eidem-
 que jura in Genuam cedit.*

Ludovicus, ut generosam Aurelianensis
 licentiam ulcisceretur, Franciscum
 Sfortiam tanquam Ducem Mediolanen-
 sem agnoscebat, hacque ratione Carolo,
 cujus jura in hunc Ducatum integra e-
 rant, haud leve damnum inferebat. Præ-
 terea ut Sfortiam adhuc ampliori bene-
 ficio sibi obstringeret, omnia jura, quæ-
 cunque Galli in urbem, ac Genuensium
 ditionem habebant, in eundem transtulit,
 addita insuper Savonensi urbe, quam Rex
 adhuc tenebat, simulque ad omnes
 Italiæ Principes perscripsit, quod pro
 hoste Gallicæ coronæ illum haberet, qui
 Genuensibus adversus Sfortiam Mediola-
 nensem Ducem opem ferret. Igitur
 Franciscus potentissimo Regis præsidio
 firmatus, cuncta Ligusticæ oræ oppida,
 ipsam-